misericordiam eo tam pacto quod staret in iherusalem: s; qñdo scđo p̄cauit sine ulla misericordia occisus est. **H**incum. quod diabolus est difficilior ad expellendum. **L**uce. Tunc uadit et assumit septem alios sp̄s nequiores se. et ingressi habitant ibi: et sunt nouissima hominis peiora peioribus. **S**equitur de corruptione modi speciei. et ordinis. **U**nde nota qđ bonitas naturalium comparata ad aiam. scđo quod speciosam facit dicitur species: s; comparata ad opus qđ modificat dicitur modus: comparata ad finem. ad dñm scđo: ad qm̄ ordinatur dicitur ordo. **N**ota qđ corruptio speciei. ē dissimilitudo aīe ad dñm: nam species aīe similitudo est dei. **C**orruptio modi. est diminutio extensionis uirtutis siue infirmitas potestatis: qđ ex hoc est. quod anima nō sustentatur cito sp̄uali gustando qm̄ suauis est dñs. **C**orruptio autē ordinis. est in aīa. cū aspectus et affectus in anima deorsū est ad creaturam. extra naturale finem: cū crū her que sūt quasi caput aīe. sursum sunt ad dñm. in naturali situ et ordine sūt: alioqñ. erit homo quasi cūctus. **A**liud p̄uatio speciei. ē deformitas siue carentia debite ueritatis: ueritudo autē uoluntatis est. ut nō declinet a suis extremis. scđo licet a deo p̄ncipio. et a deo fine: ut uidehiet omnia que habet referat ad dñm finem. a quo tamq̄ a p̄ncipio. **C**um uō qđ habet sibi attribuit. aut ponit aliu finem qm̄ dñm: curius est. **I**te p̄uatio modi. ē excessus. p̄pe uoluntatis: scđo: cū uult aliqđ diuine uoluntati contrariū. **S**em p̄uatio ordinis. ē auisio uoluntatis a deo: et conuersio ipsi ad creaturam. **I**te alio creatura rationalis a summo bono ē. scđo: triplicem habitudine. scđo: efficientis. formalis. finalis: et ideo nata ē opa sua agere a deo. et scđo: dñi. et p̄p̄o dñi. et hoc scđo: modū. speciem. et ordinem. sibi infi-

tum. **S**i qm̄ eadē rationalis creatura de nihilo facta fuit. potuit deficere in suis actioib; ut scđo: operationes sue nō eēt a deo. ac p̄ hoc nec scđo: dñm. nec p̄p̄o dñm: hoc autē ē p̄c̄m ipsi modi speciei. et ordinis corruptiuū. **E**xpedio **D**e p̄c̄o originali scđo: de peccato in genē. **x**coj. **v**ij. **D**icendum est de p̄c̄o in specie: et p̄mo de originali. post hoc de actū. **L**icet igitur anima nō sit extraduce: tam originalis culpa ab anima adē trāsit in aīas post op̄e mediāre carne. p̄ concupiscentiā genāta: ita qđ sicut ab anima peccante infecta fuit caro adē. et p̄na effecta ad libidinem: ita seminata trāsens secū infectione. uicitur aīam. **E**x quo patet. qđ p̄c̄m originale. et est in carne. et in anima: s; in carne materialit̄ et originalit̄. **I**n aīa uō formahit̄: tamq̄ in substantiuo. **S**ola enī anima susceptibilis est uirtutis et uicij: et tamen sicut deū est ex conuictione ad corp̄ corruptum. contrahit illud uicij: sic qñdo cadit qđ in lutū sedat̄ et maculatur. **T**alis autē infectio anime. nō est tantū pena. s; etiā culpa. **I**psa uō culpa. que macula est delectur in baptismo. **P**ena uō que fomes appellatur: siue peccandi p̄uitas. remanet post baptismū. **S**ic enim curat̄ culpa. qñtū ad reatum dāpnationis etne. tam remanet ipsa pena qñtum ad actum. et motū concupiscentie: cum qua qm̄ diu uiuim̄ oportet nos pugnare. nō extinguūt concupiscentia p̄ grām ḡm̄mē in homine aliq̄. quod dico p̄p̄o beatam uirginem. in q̄ fuit etiā extincta in reptione filij p̄ grām singularem. **E**x p̄dictis patet. quod p̄sona corrupta natura. et conuulso. nata corrupta. corrumpit p̄sonā. **N**am p̄ p̄c̄m

pmi hominis corrupta est humana natura: si natura corrupta corrumpit personas alias. Nota autem quod corruptio persone est pars esse reatus natus. Corruptio vero nature est infectio carnis, prout est principium ad carnem aliam. Denique nullo modo debet deo imputari infectio anime, licet eam creando infundat et uniat cum carne infecta: quoniam ordinatissimum fuit quod humana natura ita conderet, quod condita propagaret, et pro peccato puniret. Unde sicut in conditione servatur est ordo sapientie, et in propagatione servatur ordo nature: sic in unione servari debuit ordo iusticie, et ita patet quod non est contra divinam equitatem, si ad posteros culpa transmittatur. Dicendum ergo, quod originalis culpe infectio non est a deo, nec a natura condita: sed a vitio primi hominis peccata. Et hoc est quod ait Augustinus: quod peccatum originale non transmittitur ad posterum propagatione, sed libido: sic enim conditus est homo, ut spiritus precesit corpus, et corpus subest spiritui, quoniam dum ille obediret suo creatori, et conuerso, quando vero non obediret deo, iusto iudicio corpus inciperet ei rebellare. Sic ergo si adam sterisset corpus suum fuisse obediens ei, et tale ad posteros transmississet, sicut ipse habuit. Et quo modo adam peccavit, et caro ei facta est ei rebellis, oportet quod tale ad posteros transmittatur, et quod deus secundum institutionem primariam eadem corpori animam infundat. Et quod patet quod patet est causa peccati originalis in filio, sed causam hanc intelligas in genere esse efficientis. Omnes pro concupiscentia nati nascuntur filii vere, propter quod incurramus defectum multipliciter, tam corporis quam anime, ad quos subsequitur pena mortis, et pena carentie diuine visionis, et amissionis glorie celestis, non solum in adulto, sed etiam in

paruulis non baptizatis, quod pena mitissima uti ceteros puniuntur, quia solam penam dampni habent, sine pena sensus. Originale peccatum sic curatur per baptismum in parente, quod nihilominus ab eo quod curatur est transmissio in plerumque peccatum originale, sicut iudeus circumcisus generat filium cum preputio, et granum purum seminat, perurat granum cum palea. Et hoc est ratio, quia homo generat filium non solum quod creatur est in matre, sed secundum quod corruptus est in carne, non secundum quod spiritualis, sed secundum quod carnalis. **De Peccato Originali**

Originale peccatum secundum Augustinum, x. habet multa nomina, et hoc multiplici ratione. Secundum enim quod originale peccatum comparatur ad animam, uocatur infirmitas, quia reddit animam impotentem ad resistendum motibus. Item feditas, quia per ipsum animam maculatur. Item unitas, propter continuam inclinationem appetitus ad malum. Item corruptio, quia ducit ad nihilum, id est ad peccatum. Item uicium, quia est diminutio bonorum naturalium. Item languor nature, quia durat in natura corrupta. Habet etiam nomina secundum quod comparatur ad corpus, quia uocatur lex carnis, eo quod lege diuina carni sit inflicta. Item lex membrorum, quia mouet organa ad opera concupiscentie. Item tyrannus, propter dominationem, quasi uolentiam in ipso concupiscentibus. Item fomes, quia sicut cinis fouet ignem, ita per ipsum fouet peccatum in carne, secundum actum nutritum, et generatum. Item stimulus carnis, quia stimulat carnem ad primos motus, et animam ad consensum. Habet quoque nomina secundum quod comparatur ad actus delectabiles, secundum hoc uocatur concupiscentia, que sonat uicium in actu, prout est in adultis. Item concupiscentia, que sonat uicium in potentia, prout est in paruulis. Habet etiam nomina, prout comparatur

ad p̄mū hominē a quo trahit̄ sic uocat̄ peccatū originale. qd̄ est carentia debite iusticie. **De Primis motib. x.**

Cum sit p̄mū aliud actū. aliud contractum. ip̄m peccatū actuale frequenter a p̄mis motib. habet originē. Vnde sciendū. qd̄ in statu innocentie nō mouetur sensualitas. nisi scdm̄ motū rationis. ideo stante homine. n̄ potat̄ in eo esse. p̄mū ecclā ueniale. n̄c̄ aut̄ quia sensualitas rationi repugnat. ideo p̄ motus p̄mos. necesse habem. Inuitē p̄mū ueniale. **Motus p̄mi.** et si particularit̄ et singularit̄ possunt declinari. omnes tam̄ nullo mō possent caueri. quia ita s̄ p̄ca. qd̄ ecclā pena s̄ peccati. et ideo m̄to dicunt̄ ueniale a. quia h̄ ip̄so s̄ digna noīa uenia. **Primo** motus sic describit̄. quia motus est sensualitatis. scdm̄ impulsū somitis īp̄tensi. tendendo ad fructione creat̄e delectabilis. **Duplex** motus distinguit̄. quantum spectat ad p̄sentem mat̄iam. scilicet. p̄mo p̄mus qui est naturalis. et scdo p̄mus q̄ est sensualitatis. cū ergo loquimur de p̄mis. qd̄ sunt p̄ca. intelligimur de scdo p̄mis. q̄a p̄mo p̄mi n̄ s̄nt p̄ca. cū s̄nt naturales. et ext̄ gen̄ mores. qd̄ patet p̄ hoc. qd̄ n̄ secunt̄ īmaginationē. s̄ solūm naturalū qualitātū actionē. **Motus** aut̄ scdo p̄mi s̄ p̄ccata. quia s̄nt sicut actus inordinati. ī gen̄e mores. qd̄ patet p̄ hoc. qd̄ tales motus s̄nt sensualitatis. quia subiacet in talib. d̄no uoluntatis. **Voluntas** aut̄ p̄ncipiū est moralit̄ ut habetur in septimo metaphisice. **Hinc** est qd̄ ibi gen̄ mores incipit. ubi p̄mo d̄nūm uoluptatis inuenit̄. h̄ aut̄ est in sensualitate. **Primo** ergo p̄t̄ rationē predictā sit in sensualitate peccatū. nō tam̄ h̄ erit mortale. s̄ uenia

le. quia uoluntas si habet d̄nūm completum sup̄ p̄mos mot. q̄ s̄nt sensualitatis. ut in illis actib. qui ex imp̄o uolūtatis p̄cedunt. s̄ habet in eis d̄nūm incompletū. sic est in illis actib. qui nō per imp̄m rationis p̄cedunt. et tam̄ uolūtatis. tales motus sensualitatis s̄p̄d̄re poterat. et ideo s̄nt p̄mū ueniale. **Primo** quoq̄ motus ideo sensualitati ascribitur. q̄a talis motus p̄ncipiū est sensualitatis et subiectū. **Sciendū** ergo qd̄ p̄mi motus scdm̄ p̄cedā s̄nt uenialia t̄p̄ta ratione. **Primo.** q̄a ad illicitū mouent. **Scdo.** q̄a s̄nt īp̄d̄nūm uoluntariū. n̄ scdm̄ se. s̄ q̄a s̄nt dictū est nō impediunt̄ auolūtate. ul̄ etiam p̄t̄ p̄cedentē apprehensione. **Tercio.** p̄t̄ delectationē annexā. **Cū** cū anima p̄ delectationē iungit̄ creaturē. obreuebrat̄ et perorat̄. sicut quādo coniungit̄ deo illuminat̄ et meliorat̄. **Nota** quod homo p̄uor est ad malū qm̄ ad bonū. multis de causis. **Primo.** sicut ait Salomō Corp̄ quod corumpit̄ agrauiat̄ animā. id est trahens illā ad malū. nec sic erigēs ad bonū. **Scdo.** quia sicut dicit Auḡm̄ plus ualeat malū īmotū qm̄ bonū in solitūm. **Tercio.** quia naturalit̄ facilis ē descendē qm̄ ascendē. et in magis t̄p̄t̄ deorsum. qm̄ deorsum sursum. **Quarto.** q̄a inuitas ad malū p̄sens est. s̄ finis uirtutis absens ē. delectabile app̄hensum p̄ sensū ul̄ p̄ īmaginationē. quasi de necessitate mouet ad concupiscentiā. **Quinto.** quia plures circūstantie requirunt̄ ad bonū. qm̄ ad malū. **Sexto.** quia tendim̄ ad n̄m̄ p̄ncipiū. scilicet ad nihilum. **Septimo.** quia somes q̄ mouet ad malū semp̄ intra nos est. gl̄am qm̄ q̄ri mus extra nos est. **Octauo.** quia uires

anime sunt actiue ad intelligendū tem-
poralia. s; passiue. & matiales ad ea que
sunt gr̄e. & gl̄e. q̄a n̄ possunt habi virtutes
p̄ modū acquisitionis. s; p̄ modū recepti-
onis. Unde & malū possum' facē p̄ nos. s;
bonū nō possum' sine gr̄a adiuuē. *De de-*

lectatione carnali oiosa & sensu i p̄ccoy. xi.

Delectatio carnalis oiosa peccatum
est mortale. s; nulla d̄r oiosa nisi
quōdo ex consensu est. Unde nō intelligit
h̄ mora temporis. s; sensus. Sciendū ergo est.
quōd delectatio q̄ consistit circa consensum.
peccm̄ veniale est. Si uō p̄cedit sensus ul-
tius. quōd uult intus in delectatione uolun-
tari. nō uult tam in op' p̄cedē. tal' inq̄m
consensus est unō mortalia cōputand'.
quōd maxime debet intelligi in peccatis
carnalib'. Veritamen iste sensus in
illicetā duplex ē. q̄a sensus in illice-
biā. aliq̄s subit' est. n̄ p̄p̄ habitā deliba-
tionē. s; ex sola corruptione rationis.
qm̄ p̄cedit appetitus sensualitatis. In p̄-
mo motu. talis sensus d̄r surreptus. &
est peccm̄ ueniale. Ali' est sensus in de-
lectatione motui. qui est ex delibera-
tione rationis. & iste est peccm̄ mortale. ut
dictū est. Si aut' ratio istitit cū delibera-
tione. q̄ fit p̄ rationes diuinas. h̄m̄. q̄a
omne quōd lege dei phibitū est. uitandū
est. tunc dicit' peccm̄ eē in superiori parte
rationis. s; si delibatio fit p̄ leges ratio-
nes humanas h̄modo. omē inq̄ tūcendit
mediū virtutis. est uitandū. tunc dicit'
tur peccm̄ eē in inferiori parte rationis.

Adhuc p̄cedit sensus ultius. quōdo scilicet
p̄ponit opus s̄m̄are. tunc uolūtas p̄
facto computat. etiā si facultas desit
p̄ficiendi op' ip̄m. Si uō sequit' sensus
& op'. in hys q̄ diuina lege s̄ phibitū p̄-

catum mortale est s̄m̄atum. Ex p̄dic-
tis collige distinctionē. quia delectatio du-
plex est. scilicet naturalis & uoluntaria. In
delectatione pure naturali. nec ē m̄itū. n̄
demitum. Voluntaria duplex est. quia
alia est in creatura. alia in creatore. Dele-
ctatio in creatore. bona est. Psalmista. Me-
mor fui dei & delectat' sum. Que aut' in
creatura est duplex est. quedā em̄ p̄p̄ d̄m.
& h̄ bona. & sumit' delectatio p̄p̄e. rano-
nis. n̄ p̄ passione. Unde Psalmista. Dele-
ctasti me d̄ne in factura manū tuarū.
Quedā est cont' d̄m. & similit' h̄c dupl'.
q̄a quedā est n̄ cont' d̄m. s; circa. & h̄ est
peccatū veniale. quedā uō contra d̄m. & h̄
est peccm̄ mortale. *De p̄ccō ueniali.*

Peccatū veniale minoris
est culpe. nā in paruulis post bap-
tismi. p̄mo surgunt uenialia. post h̄
mortalia. Veniale peccatū ut ait aug'
tin' hominē usq; ad uatū p̄petue mor-
tis n̄ quāt. s; penā meret' que de facili
indulget'. Peccm̄ ueniale. semp̄ ē a uolun-
tate mouente adh' ul' p̄mittente. ul' n̄ co-
hibente. Peccatū aut' aliq̄d dicit' uenia-
le trib' modis. Primo in ex genere. ut
uerbum ociosum. est ueniale. Sab. ex e-
uentu. sicut p̄penitentia de mortali. fit
ueniale. Tertio ex causa. ut quōdo fiunt
ex infirmitate. ul' ignorantia. q̄ h̄c
quōdoq; sunt mortalia. tam dicit' ue-
nialia. siue remissibilia. ex p̄p̄tione
ad peccm̄ quōd fit extra malicia. quōd est ut
remissibile. & hoc uerum est. nisi aliq̄d
fit mortale ex suo genē. sicut ē forni-
cari. q̄a tale quōd. etiam si fiat ex in-
firmitate. tam semp̄ est mortale. Sci-
endum quōd peccm̄ ueniale. nūquā potest
mortale fieri. ita uidelicet. si intelligat'

idem scdm substantiā quod pus ueniale
 fuit mortale fieri. & hoc neq; q̄ntum ad
 actum. neq; q̄ntū ad maculā. Ratio hui
 est. q̄a nulla res potest mutare specie suam.
 Peccatū autē ueniale. & mortale. diuise sūt
 species peccati. Verū tamen actus qui est ex
 se de genere uenialis potest fieri mortalis
 quatuor modis. Primo ex cōscientia. quia
 quiddā sit contra cōscientiam edificat ad ge
 hennā. etiā si sit cont' cōscientiā erroneā!
 & hoc est ratio. quia cū in peccō duo sūt. sc;
 actio. & cōmissio. penes p̄mū iudicat' pecca
 tum. qm̄ actio est a deo quasi formale. &
 iudicio ad creatam. q̄si materiale! q̄muis ergo
 tenare calamū sit leue uel indiffēns. q̄ndo
 tam sit contra cōscientiā peccm̄ est. q̄a sper
 mē bonū inmutabile. & ita sit actio a cō
 tore. Secō ex placencia. Augstīn'. Nullū adeo
 ueniale est. quod nō fiat mortale dū pla
 cet. Tercio ex dispositione. q̄a p̄ficientem lap
 sum in ueniale. disponit' homo ad mortale!
 & scdm hoc intelligitur illud Gregorij. Vp̄al
 ti grandia. uide ne obruaris harena. hoc
 dicit q̄a de peccis minimis sepe uenit' ad
 magna. sicut de modica scintilla q̄ndop̄
 surgit magn' ignis. P̄ubij. U' minima ne
 gligit paulatim destruit. Quarto ex pro
 gressu. quia q̄ndo insurgit ueniale si nō
 phibetur. postet' p̄gredi usq; ad mortale. n̄
 qd̄ ipm̄ ueniale in substantiā fiet mortale. s;
 quia ex ipso occasionali' fiet p̄grediendo
 mortale. Istud patet in p̄mis motib'. qui t̄
 ter uenialia computant'. s; q̄ndo delectatio
 gualēscit uicantiū. qd̄ cōsentis accedit. tā
 peccm̄ h' mortale. Diffēntia est int' ueniale
 & mortale. quia peccatum ueniale. est libi
 do siue uoluptas in creatura cit' dīm. mor
 tale uō. est delectatio in creatura cont' dīm
 ut eque deo. Rectus enī ordo est. ut bonū

incomutabile. p̄feratur inmutabili. & honet'
 tum vult. & uoluntas dei. mē uoluntati.
 & ratio sensualitati. q̄ndo ordo iste p̄mittit'.
 peccm̄ inuitit'. Utrū aliq̄s possit uiuere
 in hac uita sine peccō ueniali. uidentū est
 Ad hoc est dicendū. quod si loquam' de tota
 uita hominis. qui p̄uenit iam ad etatem
 adultam. de excellenti & specialī grā est qd̄
 talis sine peccō ueniali sit. sicut uidetur
 beatus Augustin' dicit de beata uirgine. Si
 aut' loquimur de aliqua particula uite pe
 sentis. sic potest aliq̄s esse sine peccō ueniali.
 Istud patet p̄ exemplū. q̄a nauita potest
 singula foramina nauis obstruere minū.
 ne aqua intret. s; nō potest omnia simul
 obstruere. ut aq; nusq̄m intret. Unde eti
 am p̄fecta karitas. n̄ facit quod peccatū
 ueniale nō adueniat. s; facit qd̄ dūret.
 q̄madmodū camin' ignis. n̄ facit ut gut
 ta aq; sibi nō apponatur. s; facit ut appo
 sita citius extinguat'. P̄fecta enī karitas
 statim inflamat hominē. ut de peccō ue
 niali doleat & peniteat. qd̄ nō facit kari
 tas imp̄fecta. Unde in imp̄fectis aggrauan
 tur multa uenialia. p̄ que possunt ad pro
 strationē disponi maior. *De Effcū Pec*
Effectus peccati uenialis *cau uenialis. xij.*
 multiplex est. Prim'. quia ad penā
 obligat. n̄ aut' dēminat. & p̄scise obli
 gat ad penā etnam ul' purgatorīā. uel
 presentis satisfactionis. s; ad aliquā istar
 penar. qm̄ scdm̄ for' p̄sentis ecclie. satisfā
 cit' homo leuit'. s; scdm̄ for' purgatorū
 puniet' homo q̄uius. scdm̄ aut' for' inferni.
 p̄uenialit' grauissime. quia etnaliter. si cū
 mortali & ueniali decesserit. Exemplū est
 de hoc. quod mīlura vini que ualet in vno
 lō sex denarios. si ducit' ulterius ual. unū
 solidū. & si ducit' adhuc ultra ualēt duos

Effectus peccati uenialis. xij.

solidos. Pena aut̄ illata in inferno pueni-
ali. incomparabiliter minor est. qm̄ illata ibi-
dem p mortali. Unde solet dici. qd̄ pena il-
lata in inferno p mortali est sicut soliditas.
illa pueniali ibidē est sicut superficies. illa
ta pueniali in purgatorio. est sicut linea.
illata pueniali in p̄senti. est sicut punc-
tus. Unde sicut illa quatuor s̄ in p̄portio-
nabilia. ita int̄ predictas penas magna
est differentia. Sods effectus est. qd̄ p̄c̄m
ueniale aīam maculat. ⁊ ponit̄ tale ex-
plum. Aliquido enī denigrat̄ aliqua yma-
go depicta. ut autē ut uideri n̄ possit. a-
liquido sic obscurat̄ ut uideri quidē possit.
s̄ nō plene discerni. et ideo p̄pter talem dif-
ferentiam. dicit̄ Gregori⁹. quod ueniale ob-
scurat. mortale obtenebrat. ⁊ macula
uō illa dicit̄. qd̄ in saluandis om̄e p̄c̄m
ueniale deletur in p̄senti. a gr̄a finali.
⁊ hoc q̄ntū ad culpam. ⁊ n̄ q̄ntū ad penā.
imō illa soluet̄ in purgatorio. Delet autē
gr̄a finalis p̄c̄m ueniale. in ipsa disso-
lutione corporis ⁊ anime. ex uirtute com-
pletionis. ⁊ sui status. q̄m̄ nō sit mot-
uacionis ad id directus. Sōm hoc intel-
ligitur ubi Augustinu⁹. qui dicit̄ quod
in purgatorio potest eē absolutio a pena.
⁊ nō a culpa. hoc ab antiq̄s dictum est. s̄
n̄ immut̄ tenet̄. qd̄ si p̄c̄m ueniale hic
deferatur a multis. q̄ntum ad culpam
⁊ in purgatorio purgant̄. q̄a d̄ns dicit̄
⁊ quib̄dam p̄c̄is. qd̄ nō remittent̄ neq̄
in hoc seculo neq̄ in futuro. Exponit̄
Gregori⁹. quod uenialia dimittunt̄ in fu-
turo. qd̄ si intelligat̄ q̄ntum ad penam
tantū. tunc exposito Gregori⁹ nulla est.
q̄a et mortalia q̄ntum ad penā purga-
tur. que hic soluta n̄ sunt. Terc̄ effectus
est. qd̄ minuit̄ feruore caritatis. sicut

aqua in igne p̄ceda. licet nō extinguat
igne. feruorem tam̄ illi minuit̄. Quar-
tus effectus est. qd̄ potentias anime in op̄i-
bus bonis lassat. sicut q̄ndo ponit̄ onus
sup equū. min⁹ erit impetus ad ambulā-
dum. Quintus est effectus. qd̄ retardat a gr̄a.
q̄a homo q̄ deberet ⁊ posse statim post m̄-
tem euolare. cogitur puenialia ad temp̄
in purgatorio expectare. Aliqm̄ enī a b̄ aliq̄
facies d̄i uidebitur. donec soluat̄ p̄ penas
minimū quadrante uenialū ⁊ peccatorū.
oportet enī q̄mlibet ita mund⁹ esse an-
te introitū paradisi. sicut fuit in in-
ocentia baptismali. Sextus effectus est. quod
bona celestis gr̄e diminuit̄. n̄ quidem
illa que iam debent̄. ⁊ q̄ habent̄ ibi p̄
mitum reposita. s̄ que debentur. si uen-
alia n̄ fierent. quia in medio temp̄e pos-
sunt bona aliq̄ fieri q̄ndo illa fiunt.
P̄terea post p̄p̄tationē uenialū. oportet
nos oya quedam conuicere ad soluti-
onē huiusmodi debitorū. p̄ que nob̄ debet
cresce cumulo et̄n̄ p̄m̄. Septim⁹ effectus ē
qd̄ uenialia sepe sunt occasio peccati
mortalū. ⁊ hoc quatuor modis sicut ha-
bem⁹ sup titulo p̄ximo. scilicet ubi dicit̄. qd̄
actus q̄ ex se est uenialis potest fieri
mortalis quatuor modis. hoc etiā sin-
gularit̄ est aduertendum. qd̄ sicut ad re-
missionē p̄c̄i mortalis d̄bet̄ no actus p̄-
candi. cū uoluntate in p̄senti abstinen-
di. sic q̄ p̄c̄m ueniale in p̄senti t̄ntu n̄
dimittit̄. nisi ⁊ actu ⁊ p̄posito deferatur.

Peccator De Septē vicis capitalib⁹
actualū vni est inuiciū. i. q̄. xiii.
duplex radix. triplex fons. septifor-
me caput. Vni inuiciū dicit̄ sup̄bia.
iuxta illd̄. Inuiciū omnis p̄c̄i sup̄bia. Du-
plex uō radix. scilicet timor male. humilitas.

7 amor male accendens tam omnis timor
 ortu habet. ab amore. null' eni' timet ali
 quid pdere. nisi qd amet habe. **T**riplex
 peccati fomitem est. scilicet terra que sunt in
 mundo. concupiscentia carnis. concupiscentia ocu
 lor. 7 superbia uite. **S**epuforme caput. e' mu
 dia. superbia. ira. accidia. auaricia. gula.
 luxria. **I**nt' que sunt qinqz spūalia. duo
 uo carnalia. **S**ufficiens uo horz uiciorū
 potest sic intelligi. voluntas nra deordi
 nat. aut qā appetit n' appetenda. aut qā
 refugit qd nō est fugiendū. **S**i pmo in. aut
 est inu'. 7 sic est superbia. aut exu'. 7 sic est
 auaricia. aut inferius. 7 tunc e' delectabi
 le. 7 illud delectabile. aut e' ad seruationē
 inuidiu. 7 sic est alimtum. qd inordinatē
 appetitur agula. aut est ad ^{seruationē} firmationē
 specei. 7 sic e' contus. q' appetit a luxuria.
Si aut' voluntas deordinat. qā refugit qd
 n' est fugiendū. 7 hoc potest eē tripliciter.
 aut eni' refugit scdm pūsum instictū co
 cupisibilis. 7 sic est accidia. aut scdm in
 stictū rational. 7 sic e' inuidia. aut scdm
 instictū irascibilis. 7 sic e' ira. **E**x hys
 patet quod qā quatuor sūt pncipia concu
 piscibilia. 7 tres sunt uires. scdm quaz
 instictū est fuga. ideo tantū septem sūt
 capitalia peccata. **P**eccata que dicta sūt.
 qndoz publice se ostendē. ut qndo dicit
 te sunt. qndoz uo sub quada' spece boni
 palliata decipiunt. **U**nde superbia qndoz
 dicit. ad hoc uolo pēsse. ut possim pdesse
Ira dicit. nō debent illata mala tollari.
 ne consuecant inferri. **I**nuidia dicit.
 Alys bona n' cupio. ne in successib' eleuēō
Accidia dicit. ad hoc in laborib' in partu.
 ne indiscretionis anguar. **A**uaricia
 dicit. adhuc sunt multa cōgreganda.
 ne p' inopiam gmitat' firni ul' rapt

na. **G**ula dicit. adh' est coep' cibis 7 po
 tib' delicatiorib' nutendū. ut sit fortius
 ad dno seruendū. **L**uxuria dicit. ad
 temp' debet quisqz ad libitū uiuē. 7 poste
 a fortit' penitere. **S**eptē uicia pparan
 t' septem bestiis. **V**ana glā comparat'
 leoni. **I**nuidia canī. **I**ra lupo. **A**ccidia
 asino. **A**uaricia cecio. **G**ula uerso. **L**uxria
 porco. **A**lio in compant' septē uicia. septē
 infirmitatib'. **V**ana glā inflationi. **I**nui
 dia lepre. **I**ra sieneti. **A**ccidia litayre. **A**
 uaricia ydropiti. **G**ula epylepsie. **L**uxria
 feb'. **S**eptem uicia xpī passione curan
 t'. **C**apitis in cruce meliano. curat **S**up
 biam. **B**atio punitis. **I**ram. **A**ptio latis.
Inuidia. **P**ortatio crucis. **A**ccidiam. **T**radi
 tio sps pat'. **C**orpus cruci. **M**aris discipulo. **V**el
 timor crucifixorib'. **H**ec inqm' curant **A**
 uaricia. **P**oratio felis. **G**ulam. **F**lagellatio

De Superbia. xv.

Nunc dicendum est de septē uicijs
 capitalib' in spece. 7 pmo de Superbia q' est
 regina omnium uicior. **E**t igit' Superbia ut
 ait **A**ugustinus. pūse celsitudinis appetitus
Unde sicut idem **A**ugustin' ait. Superbia omnib'
 inuidet **S**uperiorib' quia illis n' equatur. **I**nfe
 rib' ne ei equentur. parit' quia ei eqnō.
Superbia dicitur inuiciū omis pccī. triplici ratio
 ne. **P**rimo p' causam. que inuenit' in om
 ni pccō. qā in omni pccō inuenit' contempt'
 dei. q' est quedā causa pccī. **I**ste aut' contemp
 tus est auctio a creatore que in omni pccō
 fit. ubi pponitur bonū. **I**mutabile icōmu
 tabilit'. quia sicut sine karitate alie vir
 tutes nihil sūt. ita sine superbia alia uicia
 nihil sūt. **U**nde abstrahit' superbiam. 7 habe
 bis grām. qā d's superbis resistit. humi
 lib' aut' dat grām. **C**onuerxi eni' in quā
 tum hummodi. nō est receptiū s' concaū

[Red marginal mark]

Sed quia p̄mū sunt peccatoꝝ: hoc enī
 genē peccauit dyabolus in celo. p̄mus
 homo in paradiso. Et q̄a ex ea nascun-
 tur alia uicia. sc̄dm̄ p̄us & postius. h̄
 est mediate & imediate. sicut habes sup̄
 titulo de effectu p̄oꝝ libro sc̄do. Est autē in
 t̄ sup̄biam. & vanā gl̄am differentia: quia
 licet utrobq; sit appetitus. p̄e excellentie.
 tam sup̄bus apparet sibi magni in̄tra. s̄
 vaneglofus apparet appaꝛe in ore alioꝝ p̄
 laudē extra. Diuisa tamē p̄cā diuisē dican-
 tur radices. & in̄tra sine causa alioꝝ p̄oꝝ
 rum. s̄ diuisis respectibus. Sup̄bia enī di-
 cit̄ in̄cui. p̄oꝝ tres causas sup̄t̄ enūmā-
 tas. Libido etiā dicit̄ causa omnis p̄cā. sic
 ait Augustin. & hoc p̄oꝝ delectationē creat̄e.
 q̄ inordinate trahit aiām. & aucto a sumo
 bono. Est enī libido im̄pta uoluntas. qua
 mouet̄ anima rational̄ ad h̄. q̄ delectet̄ ī
 creatura. Cupiditas etiā dicit̄ radix om-
 nium maloz. ut dicit̄ apostol. p̄oꝝ eandē
 causā sicut libido. Est enī cupiditas ex a-
 more inordinate ad creaturam. Luxuri-
 a etiā sc̄dm̄ Cassianū d̄ radix omnis p̄-
 cā. q̄a carnales delectationes nobis na-
 turales sunt. Ad naturalia enī p̄mū sum̄t̄ &
 difficult̄ resistim̄. Inanis sunt septē fili-
 e. sc̄dm̄ Gregorū. Prima est inobediē-
 tia. quia vaniglofus in nullo uult uide-
 inferior. q̄d fieret si facer̄ mandatū. Se-
 cunda est in̄tentio. quia uult uincē cū
 clamore. & p̄ hoc appaꝛe. Tercia est iactā-
 cia. quia q̄s enūmāto bona sua. ut lauda-
 bilis appareat. Quarta ē ypocrisis. que
 querit̄ hominib; in exteriorib; appaꝛe. Qui-
 ta est p̄nata. que dictū suū. ul factū
 malū defendit. ne errasse uideat̄. Sexta
 est discordia. que contra omne dictum
 sumit̄ contrariū. p̄ter vanā gl̄am. Sep-

tima est nouitatu presumptio. quia q̄s
 noua dicit̄ ul̄ inuenit̄ ut laudet̄. Qua-
 tuor sūt species sup̄bie. quas assignat
 Gregor̄ in moralib; Job. Prima est. cum
 homo bonū estimat a seip̄o q̄d habet. Se-
 cunda. q̄ndo desup̄ datū credit. tam p̄t̄
 p̄ suis m̄itis accepisse. Tercia. cū iactat se
 habē q̄d n̄ habet. Quarto. q̄ndo despectus
 cetis singularit̄ uult uideꝛ p̄mā spec-
 em & sc̄dam inuirtatur homo deo in se.
 q̄a p̄ p̄mā specē se ponit̄ totā causam
 sui boni. s̄ in sc̄da ponit̄ se causam p̄-
 cipalem. In t̄cia uo specē inuirtat̄ ho-
 mo deo in p̄ximo. in q̄ta uo inuirtat̄ ho-
 mo deo in hoc q̄d n̄ habet. Gradus sup̄bie
 sc̄dm̄ Bernhardum sūt duodecim. q̄ sum̄t̄. Cu-
 riositas. m̄tis leuitas. inepta leticia. har-
 tantia. singularitas. arrogancia. p̄sū-
 ptio. peccatoꝝ defensio. sim̄lata. infestio. re-
 bellio. libtas. p̄candi consuetudo. Sum̄t̄
 iste sic accipit̄. homo p̄ sup̄biam inuirtat̄
 deo & hominib;. hominib;. cui debet̄ ee par. d̄
 cui deb; esse inferior. Sex p̄mū gradus d̄tinā-
 tur sc̄dm̄ inuirtam p̄ximi. cui debet̄ esse
 par. quatuor alij sc̄dm̄ inuirtā que fit
 hominib; sup̄ior. Duo ultimi d̄tinant̄
 sc̄dm̄ inuirtam q̄ deo imediate fit p̄p̄e.
 Ideo dicim̄. quia sup̄iores gradus in d̄m
 redundant. s̄ mediate p̄ximo. Gradus au-
 uccant̄. quia animo fit p̄cellus ad ma-
 ius. Primus enī malus est. & sc̄ds p̄oꝝ. et
 si ascendendo inuenit̄ q̄d ultimū est p̄-
 sum. Unde inuirta. q̄ est respectu sui pa-
 ris. est minor. illa uo. que ē respectu sui
 sup̄ioris. est maior. s̄ illa. q̄ est respectu d̄i.
 ē maxima. p̄oꝝ q̄d & alio. & alio isti gradus
 ordinant̄. Sup̄bia multa mala facit̄. p̄-
 mo illud quod dei est usurpar. sc̄l; gl̄am.
 Marias. Gl̄am meā alij nō dabo In bonis

enī opibus que facimus duo sunt. videlz honor. & utilitas. s; p̄mum sibi dñs reseruat. aliud nob̄ tribuit. Vnde debem⁹ deo partem suā relinquere. Si n̄a nolimus spoliari. Sed p̄fectos uiuos impugnat. Supbia enī quasi turris babel est. que usq; ad celos. idest celestes uiuos debebat p̄tinge. Augustin⁹. Supbia etiā bonis opibus infidatur ut peant. Vnde supbia quasi tēpugnabilis est. quasi castrū in alto monte situm. Tercio gr̄a dei hominē denudat. Petr⁹. Supbis d̄s resistit. humilibus autē dat gr̄am. Sed lib̄ Regū. Montes gelboe n̄ uos nec pluuia ueniat sup uos. Vnde secundū nat̄am. iuxcū nō est receptiuum s; iocuu. Quarto hominē p̄uat deo. Hugo de s̄o uictore. Supbia aufert m̄ d̄m. Inuidia p̄ximū. Ira n̄cipsum. Supbia deo est odibilis. Subys. Tria sunt que odit d̄s. Paup̄erē supbi. diuitē mendacē. senem fatiuum & insensatū. Vm impugnat. q̄a uexillū m̄mici sui. idest dyabolū ponit in castro suo. & deponit uexillū xp̄i. scilz. cruce. qm̄ homo corde debet portare. s̄c̄m illd. Q̄ uult uenire post me abneget semetip̄m. & tollat crucem suā & sequat̄ me. Dyabolo hominem assimilat. ipse est enī rex sup omnes filios supbie. Vnde sic dñs ait de karitate. In h̄ cognoscent omnes si discipuli mei estis. si dilectionē adinuicem habuistis. Ita potest dyabol⁹ dice de supbia. In hoc cognoscent om̄s uo sup s; eonūso. Homine stultam demonstrat. q̄ ancillā ornata. & dñam nudam relinqt. Itē. q̄a magna p̄modico uendit. idest laude. Itē credit se cū supbia posse illuc attinge. ubi dyabol⁹ iam existens nō potuit remanere cū supbia. Vt qd̄ scandentes in altum. de facili cadunt. & q̄ se eleuant sub hostio humili. de facili

Inu caput ledunt. De Inuidia. xij.
 Inuidia ut ait Augustin⁹ est odium felicitatis alienē. & s̄c̄m Damascenū Inuidia ē tristitia de alienis bonis. Dicitur inuidia. a nō uidendo. quia nō potest uidere bona aliq̄e. Vnde displicentia boni q̄ est in inuidia potest uitari p̄uisione intiore. ul' extiore. sicut uult Seneca. dicens. qd̄ quiddā mente fugim⁹. uigeltū oculis uix uidem⁹. Quis filias habet inuidia. s̄c̄m Gregorū. Prima est odium qd̄ est uelle malū alicui & nolle bonū. Seda est exultatio i aduersis p̄ximū. Tercia afflictio in p̄s̄is p̄ximū. Quarta est susurratio. q̄ est detractio latens. Quinta detractio q̄ fit in ap̄to. utendū appare melior illo cui detrahit. Inuidia multa mala facit. de lumine cecatur. q̄a bona p̄ximū uidē nō potest. Vnde inuid⁹ paratur noctue ul' uesp̄ationi. Augustin⁹. Oculis eḡs odiosa est lux. que puris est amabilis. De uita moritur. Gregori⁹. Pams uitā fortū roborat. puuloz necat. Vnde inuidus comparatur felicitanti. cui etiā boni cibi sunt contrarij. Deo p̄ccat. q̄ tam bonus est ut ait Augustin⁹. ut eam de malis bonū eliciat. s; eonūso isti tam mali s̄c̄ ut de bonis eliciant malū. Itē diuina bonitas omnia sua p̄municat. isti uō nō. Itē deo placet bonum. ac malū displicet. Isti eontrario boni nature & gr̄e p̄tunt. Vnde sicut omnia munda mundis. sic istis omnia s̄c̄ immunda. & sicut bonis mala coope rant in bonū. ita immundis bona coope rant in malū. Vnde tales conūtunt aurum in cuprū. gemas in lutum. gramū in paleam. uinum in aquā. mel in fel. diem in noctē. gaudiū in merore. rosam in palurū. balsamū in squilimum. etc.

tuarum in ueneniū. **H**ominē maledictū.
Isaías. **U**t qui dicit malū bonū. & bonū
malū. **S**tultū efficit. **N**imus enī errat. q̄
sibi uult unū oculū erui. idēo ut alij er
am unū eruat. sic facit inuid. & diabol.
q̄a p̄ hoc q̄d alijs inuidet. sibi magis no
cent. **A**uctore suū torquēdo ledit. **S**eneca
Utmā inuidi in omnib; ciuitatib; aures
& oculos habent. ut de omnib; p̄fectibus
torquent. **P**roximū fraudulent; decipit.
Unde inuid; comparat; canē. q̄ blandit;
i facie. & mordet a t̄go. **I**te assimulat; iude.
q̄ xpm osculo tradidit. **I**te hominū p̄fi
dū. q̄ ledit hominē. qui eū nūq̄m molest
tauit. **De Ira a. vi.**
Ira ut ait Augustin; est ulciscendi libi
do. **S**edm; Cassiodor; ira est mot; animi.
p̄citatus ad penā. **h**ec distinctio est p̄
uicū. nō p̄ zelū. **U**t qua hic ē agendū.
Ira igitur duplex esse habet. scil; natē.
scil; & esse moris. **p**ur ergo decednat ab
optimo. habet esse morale. q̄ uicū est. q̄a
ira. nō est p̄cām ratione. p̄ur passionis.
s; cū h; dicit; quanda; actionē. p̄ qm̄ deo
dinat; hominē. & q̄ntum ad deum. & q̄n
tum ad proximū. **U**ult enī a se expectē
uindictam. qm̄ nō debet nisi a deo expe
tē. ul; a iudice sub deo p̄stituto. **U**trū aū
teneat; q̄s remittē inuiriā inuicō peten
ti. **N**ota distinctio. quia ex inuiriā so
lent; oriri tā. **P**rimū. est rancor in affec
tu. **S**edm;. rancoris signū in effectu. **t**erū.
est actio cont; inuiriante. **P**rimū statū
tenet; quilibet dimittē. & si nō uiget.
Sedm; tenet; statim remittē ueniā ut
racit; petenti. id est parato em̄dare. sed
facultatē suā. **T**ertū nō tenet; remit
tē. **S**i uō scire uolūis. utriū ille cui scā
est inuiriā. debeat; amicitia; querē. **sc**

endum qd duplex est debitu. **P**rimū est
necessitatis. sine q̄ nō est salus. **S**edm; p̄fec
tionis. q̄ntum ad p̄mū debitu nō tenetur
aliq̄s reconciliationē querē. s; de scō dicit
Aristostom; qd talis debet reconciliationē
ut duplicem coronā consequat;. **U**na quia
inimicitia est passus. **alt**am q̄a p̄or ro
gauit. **U**ns ponit; tres grad; ut cū dicit;
Omnis q̄ uascat; frat; suo. reus est iudici
q̄ aut; dixit; racha. reus erit concilio. h;
aut; dixit; fatue. reus erit gehenne ignis
Ut hys dicendū. qd ubi creuit grad; culpe.
creuit & ordo sententię. **U**nde recte ira. sine
uox. iudicio. **ira** cū uox. **g**ratia. **ira** cū ser
mone. **g**rumelie. **g**ehenne ignis. **manet**
patur. **S**edm; Augustinū enī in p̄mo ē ira
tantū in scō uox cū ira. **in** scō exp̄ssio
irritationis. **D**ic; aut; **B**regor; qd iudiciū
est cause discussio. **g**ratiam sententię det
finitio. **g**ehena ignis sententię exsecutio.
Nota quod reddē malū p̄ malo. est fragili
tatis. **s**icut; fecit; **I**oab. q̄ndo in fecit; **Abner**
p̄ in fecione frat; sui **Asahel**. **R**eddē bonū
p̄ malo est p̄fectionis. **s**icut; fecit; **Stephan**
q̄ndo p̄ inuicis orauit. **R**eddē malū p̄ bo
no. est p̄silitatis. **s**icut; fecit; **Judas** tradendo
xpm. **R**eddē bonū p̄ bono. est eq̄tatis. **s**icut;
Abliū fecit. q̄ndo **Marchotheū** honorauit.
Fuit; h;e sedm; **B**regorium; sunt; sex. **P**rima
est **ira**. **h**oc est audax uoluntas uindican
di. in uiriā facti p̄cedens. **S**ecūda est **uini
nitatis**. **h** est uoluntas uindican di. fugiens
aduersitatem. p̄p̄t; estimatas inimicitias.
Tercia est **g**rumelia. **que** est uoluntas se uin
dicans p̄ exp̄brationē maloz. **Q**uarta est **cla
mor**. **q̄** est uoluntas se uindicans. & exalta
do uoxē p̄ uulturnum. ad aures alioz p̄uen
iens. **Q**inta est **indignatio**. **q̄** est uoluntas se
uindicans p̄ signū moleste declaratū exti.

Sexta est blasphemia. h[ab]et uoluntas se uindi-
 cans polip[er]uum deo. ut scis. illatu. Ex uia cre-
 nuunt multa mala. hospiciu sp[irit]u sc[ilicet] turbar
 Gregori. Dum ira animu pulsar. sp[irit]u sc[ilicet] hospi-
 cum suu turbar. nam sic in pace fact[us] est
 loc[us] d[omi]ni. sic in discordia locus dyaboli. Tales e-
 ciam s[un]t incendiarij domi dei. Psalmista. In-
 cendet igne sanctuariu tuu. Vnde
 sta s[un]t similes draconi q[ui] emittit ex ore ig-
 ne. Ad dei est. sibi usurpant. scilicet uindicta.
 Psalmista. Mibi uindicta. et ego retribuam
 dicit d[omi]n[us]. Talis facit se uindict[am] et uult d[omi]n[us]
 merore esse. sicut dicit Aug[ustinus]. Malus dicit
 in orationib[us] suis. d[omi]n[us] occide inimicu meum
 mali[us] respondet d[omi]n[us]. Am ur[banu]m. ambo eni
 mali estis. Immo talis. uult ee actor et iudex
 i ead[em] causa. Scilicet se demonstrat. q[ui]a p[er] uir-
 suu mutat gladiu. ut ledat tunica inimi-
 ci. imo si sapient[er] facit. p[er] se de seipso uindi-
 care debet. scilicet iram p[er] uel[ut] adu[er]sus na[m] suam
 p[er] uicium allinendo. Uina purgationis conu-
 tit in rubiginem depurationis. adu[er]sitates eni
 que debent ip[s]am a peccato mundare. p[er] uicacit[er]
 nam magis inq[ui]ant. et forna[m] mutat ei
 auru in cupru. et flagellu. ex g[ra]no facit pa-
 leam. dura[m] sententia[m] in iudicio expectabit
 Cum eni d[omi]n[us] inq[ui]abit quib[us]dam. Inuidus
 fui. et n[on] coopu[er]istis me. q[ui]d dicitur est ulti
 q[ui] no[n] solum nudos n[on] uestiunt. s[ed] uestitos spo-
 liant. Bellu mundi. carnis et dyaboli con-
 tra se instaurant. sapientes sedant guer-
 ras minores. p[ro]p[ter] maiores q[ui] iminent. Ma-
 lam faciunt. ymulatione. s[ic]q[ue] autenti pal-
 lu bone fame. dant tunica[m] innocente.
 Remedia ire s[un]t silentij observatio. Pubi-
 is. Cu[m] defecint ligna exstinguet[ur] ignis. et
 fusione subtrahit uirga conq[ui]escunt. p[er]
 terra sic ex collisione duor[um] corpor[um] elicitur
 ignis. sic ex amaris uerbis aliquor[um] scilicet. Pubi-

is. Responso mollis frangit iram. sic dura
 excitat fure[m]. Ibidem. Sicut qui canem appre-
 hendit aurib[us] sic qui transit et impacens con-
 miscet irae alius. id est d[omi]n[us]e passiones co[n]-
 fidatio extinguit iram. Gregori. Si passio
 d[omi]ni reuocet ad memoria[m] nihil adeo durum
 q[uo]d n[on] equanimi[ter] toleret. h[oc] signat in lib[ro] Nu-
 meri. Vbi respicientes serpente[m] enei sal-
 uabant. Peemy tollante animadu[er]sio. Vn-
 de fidatio p[er]nu. minuet unum flagellu. De

Accidia est de uirtutu[m] **Accidia. xviii.**
 laudabili excito. utiq[ue] hominis
 languida delectio. h[oc] est alia distinctio. Acci-
 dia est delectio de p[er]is uirtutib[us] et auxilio
 implendi ardua accessio. Duo sunt nota
 hui[us] uicij. scilicet tristitia. et accidia. H[oc] aut[em]
 nomini hec est ratio. quia in isto pecc[ato].
 est auisio a sp[irit]uali bono. q[uo]d estimat[ur] g[ra]t[ia].
 sicut est reuocare. et hui[us]modi. et ratione
 hui[us] dicit[ur] tristitia. Et t[ame]n ibi conu[er]sio ad
 creaturam. scilicet ad quere[n]te[m] que estimatur
 leuis. et ratione hui[us] dicit[ur] accidia. Parer[et]
 ex hys. q[uo]d h[oc] uacuum pur[us] uocatur tristitia.
 opponit leticie sp[irit]uali que est in excito
 sp[irit]uali. h[oc] pur[us] uocat[ur] accidia. opponit for-
 titudini. que consistit in aggrediendis ar-
 duis. et sustinendis adu[er]s[us]. Accidia nomi-
 nat[ur] ab acedine. q[ui]a p[er] eam anima habet
 tedium de omni sp[irit]uali difficultate. Accidia se-
 cundu[m] Gregoriu[m] s[ed] habet s[ed]as. Prima
 uocat[ur] malicia. q[uo]d est s[ed]m Gregoriu[m] uolu-
 tas ad machinandu[m] malu[m] alicui. Cu[m] eni
 q[ui]s iniuriatur alicui. tunc irascitur. et pos-
 tea tristat. Sec[un]da. despectio. quia diffiden-
 tia n[ost]re mai[us] est diffidente p[er]uicax. ex q[ui]
 itm oritur tristitia. Tercia. pusillanimitas.
 que nascit[ur] ex diffidentia. p[er]ueniente ex con-
 fidatione p[ro]p[ter] infirmitatis. uel op[er]is ardui-
 tatis. Quarta. rancor qui e[st] inueteratu[m]

oculum. Sicut enim ex karitate sunt opera
bona ex quibus est confirmatio caritatis. Ita
ex una est accidia. Ex accidia vero uetustas uir-
tutum. **I**ta. corporis circa precepta. id est quaedam in sen-
sibilitas. propter quam homo non potest indu-
ci executione mandatorum dei. Sexta. ena-
gatio uicis circa illicita. Hec enagatio quam
dicitur est particularis. et certam habet
manciam. et sic uenit omnibus uicijs. **Q**uod
est generalis et uicis. et hec est ipse ena-
gatio accidie. **Q**ui absortus est isticia non
habens in se ubi delectetur. enagatur ad om-
nia. querens delectationem. **E**x accidia e-
ueniunt multa mala. Preceptum domini negli-
git. **Genesi.** In sudore uultus tui uesceris
pane tuo. **Maledictionem** incurrit. **E**xem-
plum de ficulnea cui dominus maledixit. quia
folia tantum habuit. discrepat a ceteris cre-
aturis. **E**xemplum est in corporibus in ani-
matis. sicut in sole et luna. quia cotidie
mane surgunt et perficiunt cursum suum.
Idem patet in corporibus animatis. sicut sunt
arbores et herbe. que hec in hyeme nuda sunt.
tam uirtute seruant. et suo tempore rede-
unt ad usum. **I**dem ostendit in sensibilibus.
Pubis. **Vade** ad fremicam o piger. et confi-
dera uias eius. et discere sapientiam. **Q**ui
non habeat ducem nec preceptorem. parat es-
tate cibum sibi. et congregat in messe quod
comedat. **P**eciosum tempus perdit. **Q**ui
curiosus est. quam quod breui hora possit obtinere
uicem. gratiam. et gloriam. et tam secundum **B**er-
nardum nihil uult reputare. quia dicunt oco-
si deducam tempus. **S**pirituale lucrum negligit.
quia qui non incipit in mundum. postea non
habetur. **P**ubis. **Propter** frigus pugillat nolu-
it. **I**ndicabitur ergo estate et non dabitur ei. **I**nci-
tamita uiciorum colligit. **P**ubis. **P**agrum pi-
geri hominis transiit. et per uicem uirtutum

et ecce totum repleuerunt uirtutes. et cooperantur
superiores eius sicut et maceria lapidum ei
destructa est. **N**ota quod aqua corrumpitur
in gremio. et si uim contrahit rubiginem. et porcus
mactandus permittit in gremio pinguedinem. **L**ocum
diabolo parat. **Q**uia homo curiosus est quasi
puluarum diaboli. et ollam tepidam libenter
insident mulce. quam feruente fugiunt. **E**x-
tationibus patet. **V**nde legitur in collationibus
patrum monachum operantem in dyabolo pul-
sant. octosum inuunt. **E**st enim homo acci-
diosus. quasi urbs absque murorum ambitu.
et quasi signum positum ad sagittam. **M**oxem
percutit. quia uult metere. et non seminare. **S**icut
cattus uult pisces. et non capere. **S**eneca. **I**ncertum est
in quo loco mores te expectet. ideo tu illam in
omni loco expecta. **S**unt fodientes pariter.
non repellit. quia mores sunt est. et cotidie uicium
assem subtrahit. id est unum diem. **M**athei.
Si sciret pars familias qua hora sunt uenire.
iugularet utique. et non sineret perire domum su-
am. **R**ecceptaculum sordidum facit. **B**er-
nardus. **O**mnium temptationum sentina est otium. **I**tem
enim est occasio luxurie. **L**ib. Regum. **S**ecundum
tempore. quo solent reges ad bella procedere. **I**tem
ocasio nugarum. **A**ctibus apostolorum. **A**thenienses
ad nihilum uacant. nisi aut dicere aut lo-
qui aliquid nouum. **I**tem occasio est curiositatis.
Ad thimone apostolus. **V**isunt circuire domos. non
solum curiosi. sed et inuolosi. et curiosi loquuntur
non oportet. **S**ulticia ostendit. quod tonitruum au-
diens non surgit. **T**onitruum autem est Christus in
cruce. et in predicatione. **T**onabit etiam in
die iudicii. **I**tem stultus est. quod immunditas
de oculo non eicit. **M**athei. **H**ypocrita ecce
pernum trabem de oculo tuo ad caelestra
uenire negligit. **Q**uia uix ad locum quod pue-
nerit. si unum pedem mouerit hodie. et alium
oculus. uel post annum. sic et illi quos mor-

est pes. intellectus. et nō pes afflicti. cū tam sit affectib' ambulandi. **De Avaritia. pp.**

Avaritia ut ait Lullius ē immoderatus amor habendi. Jōe avaritia sōd' Bihardū. est quarelibet rex insatiabilis et inhonesta cupido. Avaritia sōd'm Aplm ē idolor' servit'. quia homo avar' exhibet creature. qd' debet creatori. scilicet fidem. spem. et dilectionē. hoc enī avari exhibent pecunie. In hoc enī specialit' reprehendunt' isti! qui rei utilissime amore exhibent scilicet pecunie. q' de tra tollit. qm' natura infimā ordinavit. Dicit' in eccl'astico. avaro nihil est sceleratius. et hoc p' quatuor causas. Prima quia omnia fere scela p' avaritia peccant'. sicut furta. homicidia. p'uria. et huiusmodi. Secūda quia cōt' legem est nature. hinc. U' cuiq' militis ut nob' faciāt hōies. et vos similit' facite. Tercia q' est cōt' legē scriptam. Luce. Estote misericōdes sicut et pater v' misericors est. Quarta q' est cōt' legē vniuersalem. que est in omnib' reb'. que cōpellunt se dare. Avar' ut quasi captiuas detinet res. ne se imunicare possint. Vtrū aut' cuiq' liceat thesauros condere. Nota qd' est thesaurizare. ex affectu avaricie absq' omni intentione necessitatis p' se. ul' aliene. Hoc in omnib' phibitū est. Alio mō est thesaurizare ex prudentia. ul' consideratione necessitatis. sic concedit' parentib' ob necessitatē scilicet filioz educandoz. ul' filiaz coniugio tradendaz. n' aut' dicendaz. s' filio mō. et statu psonaz. Vel est thesaurizare ex consideratione publice necessitatis. scilicet regni defendendi. ul' cultū dei ampliandi. sic concessum ē regibus thesaurizare. Hōnis aut' eccl'asticis nūquam p'pe thesaurizare licet. n' etiam pecuniā seruare inentione seruādi. Ambrosi'. Aurū habet eccl'ia nō ut ser-

uet. s' ut eriget. Ex p'cedis patet qd' dupl' est amor pecunie. sive temporalium scilicet respectu necessary. ul' respectu superflui. Contra p'mū phibet dñs p'notatā sollicitudinem. cōt' sōd'm phibet thesaurizationē. Ex avaritia secunt' multa mala. p'mo a dño maledicit'. Augustin'. Maledict' dispensator avar'. cui largus est dñs. Semp' eger. Jeronim'. Avaro dicit' tam qd' habet qm' qd' nō habet. Stult' mercator est q' regnum celoz. imo ipm xpim uendit p' paucos denarios. et in hoc sepe peior est qm' ipse iuda' q' pro t'iginta deni xpim uendidit. iste aut' unū denarium. Corp' euiscat'. q' ad diuicie acq'runt' cū labore. possidentur cū timore. amittunt' cū dolore. Vnde ipi laborant. et alij unū sepe labores eoz. scilicet fures. raptores. ul' cte mali filij. Isti similes sunt arane. que facit telam p' capiēda musca. et seipsam euiscat'. Vnde suffocatur. Augustin'. Naufragū fugis et plumbū amplectis. Vnde sociates massā argenti p'uens ī mare dixit. Mergā te. ne mergas me. Inquinat'. Exodi. filij isrl' seruebant in luto et late. Execat'. Vnde Thobias qui execat' in stercore hyrundinū. Cor dilacat'. Vnde diuicie comparant' spinis. Insatiabilis est. vnde comparat' sacco p'culo. et infans qui nūq'm dicit' sufficit'. et mari cui omnia influunt. et nō redūda. et idropico. Filie avaricie s' Gregorū s' septem. Prima obduratio cordis. ista obduratio cordis fit obmittendo. Istam filiam. Vidor' uocat inhumanitatem. Secūda. violentia. h' fit in nocendo alicui palam. p' mala facta. qm' uocat Vidor' rapacitatē. Tercia inq'etudo. h' est appetit' lucri. Quarta p'urrit'. quod fit in emptione et venditione. Jita fallacia. que

fit p̄ba decipientis in occulto. **S**ex^{ta} fraus.
h̄ est deceptio p̄fecta. sc̄a in p̄sentia illi qui
deceptus. Septima p̄dictio. q̄d est idem q̄d de
ceptio. que fit in absentia decepti. **De**
Gula est ut ait Augustinus **Gula. xx.**
Immoderata cibi auaritia. Item. Gula est
iudeax edacitas. nature finib^{us} nō contenta
Qua q̄ngq^{ue} modis peccat^{ur} circa gulam ut di
cit Gregori^{us}. Primo. cum q̄s horā comeden
di p̄uenit. et fit p̄t^{er} impatientiā expectan
di temp^{us} debitum. Secūdo. cū q̄s querit ci
baria p̄ciosā et delicata. Vnde Ouidi^{us}. Est
virt^{us} placidis abstinentie bonus. S; cont^{ra}
h̄ peccauit diues q̄ epulabat^{ur} cotidie
splendide. Tercio. q̄ndo q̄s m̄suram excedit.
sc̄ilicet; nimis comedendo. Sciendū etiam q̄d
vni est mediu^m. et mensura debita. h̄ alius
est excessus. Vnde m̄sura n̄ s̄st̄it in cibi
q̄ntitate. s; comedentis qualitate. Verū
tam quidā recompensant ieiuniu^m suum
postea nimietate sup̄flua. s; quid h̄ est ali
ud. nisi dare duos obulos p̄ vno denario.
Quarto. q̄ndo nimis ardent ac festine q̄s
comedit. n̄ enī cibor^{um} vsus. s; ḡcupiscentia
in vicio est. Quinto. q̄ndo nimis studiose
q̄s cibaria sua p̄parat. Bnhard^{us}. Nō s̄apo
res. s; fames excitet appetitū. In omnib^{us}
h̄ys. sumda sunt nō que voluntas. s; q̄
requirit necessitas. Contingit etiā pecc̄m
esse circa diminutionē cibi. sicut circa
sup̄fluitatē. Sine gula q̄ngq^{ue} s̄t sc̄dm Gre
gorium. Scurritas. q̄a gula mouet ad
vba scurrilia. Multiloquiū. detractio.
vitupria. et alia v̄ba inania. Incepta leti
cia. sc̄ilicet; lasciuia carnis. siue gestus corp^{is}.
moderata lasciuia m̄tis demonstris
Immoderata. que solet p̄uenire ex gula.
sc̄ilicet; vomit^{us}. eructatio fetida. luxuria. ebi
tudo m̄tis. subitio rationis. Gula duo

complectitur. sc̄ilicet; ḡmestationē. et ebrietatem.
et p̄e loq̄ndo parsimonia opponit^{ur} ḡmesta
tionem. sobrietas iudicet^{ur}. Gula nocet mul
tipliciter. de paradiso eicit hoīem. Exempla
in Adam. Sp̄ritalia bona p̄dit. Exempla in
Esau. q̄ pro cibo p̄mogenita vendidit. Dia
bolo dnm̄ p̄parat. Luce. Mitte nos in por
cos. Siuum cont^{ra} se animat. P̄ubis. Qui
delicate nuit seruum suū. sentiet illū co
tumace. Luxuriam inducit. Exempla in
Ioth. homicidia p̄ficat. Exempla in Ioh̄e
baptista. qui in conuiuio p̄p̄t. Inducit in
rem natē. P̄ubis. P̄pter crapulam p̄unt
multi. Benefi. In quacūq^{ue} die comeditis
ex eo. morte moriemini. Inducit mortem
culpe. Ap̄t̄s. Vidua uiuens in delicijs. mor
tua est. Inducit mortē gehennę. Luce. Di
ues sepult^{us} est in infnio. Remedia gule s̄t
q̄tuor. Primum est sp̄ritualium cibor^{um} frequis
sumptio. Mathet. Non in solo pane uiuit
homo. s; in omni ūbo q̄d p̄cedit de ore d̄i.
Sc̄dm̄ s̄t̄e carnis n̄e. N̄d̄ano. Homines
de facili remp̄nit om̄ia. q̄ se s̄m̄p̄ cogit
mortuū. Tercium. Sine uene medicatio.
Luce. homo quidā fecit cenā magnam. et
